 rei vindicatione . Ibid. E.
 Titulum suæ possessionis an posses-
 sor cogatur proferre in rei vin-
 dicatione . T. 9. c. 254. D.
 Titulum duplicari non posse . T. 9.
 c. 164. D. E.
 Titulus est possessionis causa . T. 1.
 c. 82. B. & T. 5. c. 708. A.
 Titulus præfert nomen domini . T.
 2. c. 110. B. & T. 10. c. 887.
 D.
 Titulus omnis de regulis juris est
 de jure ordinario , & summo ,
 non de extraordinario , aut mitio-
 ri . T. 4. c. 725. E.
 Titulus de in jus vocando quid
 comprehendat . T. 5. c. 87. A.
 Titulus in ff. De servili cognatione
 delendus est . T. 5. c. 547. D.
 Titulus pro possessore semper est
 injustus . T. 5. c. 718. B.
 Titulus aliquis a prædione , vel
 a possessore malæ fidei semper
 fingi solet . T. 5. c. 797. C.
 Titulus pro suo generaliter , & spe-
 cialiter accipitur . T. 5. c. 717.
 B.
 Titulus pro suo generaliter omni-
 bus cæteris titulis specialibus co-
 hæret . Ibid. B.
 Titulus requiritur in usucapione
 servitutis , sed non in usu longi ,
 & diuturni temporis , quia vetu-
 stas pro titulo est . T. 6. c. 39.
 B.
 Justus titulus quis dicitur . Tom. 6.
 c. 314. E.
 Titulus pro soluto , titulus pro ces-
 so sunt iusti tituli . Ibid. E. &
 c. 315. A.
 Titulus Clericorum quid , Tom. 6.
 c. 996. .
 Titulus , & commenda verbis sunt
 diversa , re certè sunt eadem . T. 6.
 c. 1000. A.
 Titulus de servitutibus in Codice
 ita conceptus est: De servitutibus,
 & aqua : & ibi aqua servitutem
 aquæ significat , Tom. 7. c. 380.
 D.
 Titulus De his , quæ pro non scri-
 ptis habeantur , in quo differat a
 titulo de his , quibus ut indignis
 legata auferuntur . T. 7. c. 1096.
 E.
 Titulus Quis ordo in bonorum pos-
 sessionibus servetur , quid distat
 a titulo De successorio edicto . T.
 8. c. 232. C. D.
 Titulus De verborum significatione
 unde sit inscriptus . T. 8. c. 477.
 E. unde particula rerum irreple-
 rit . Ibid. c. 478. A.
 Titulus lucrativus , & non lucrati-
 vus in quo differunt . Tom. 9.
 c. 1135. E.
 Titulus possessionis an duplicari
 possit . T. 9. c. 164. E.
 Titulus Ne quis eum , qui in jus vo-
 catur , quomodo differat a titulo
 De eo , per quem factum erat . T. 9.
 c. 21. B.
 Titulus , qui fuit cruci Domini su-
 perpositus , erat inscriptio causæ
 illatæ pœnæ . T. 9. c. 165. A.
 Titulus justus . Vide , Justus titu-
 lus .
 Titus Cæsius jurisconsultus qualis .
 T. 1. c. 912. A.
 Titus Imperator sustulit quæstio-
 nem læsæ majestatis ob convitia .
 T. 9. c. 1393. D.
 To maximè espondet & magis . T.
 4. c. 894. B. C.
 Togæ jus peregrini non habent . T.
 1. c. 1044. E.
 Togæ usus juris publici est . T. 10.
 c. 581. D.
 Togæ jus peregrini non habent ;
 licet socii sint , & amici Populi
 Romani . Ibid. D.
 Togam prætextatam , & bullam au-
 ream olim deponebant adolescens
 tes , & sumebant virilem togam ,
 & in forum deducebantur . T. 5.
 c. 156. D.
 Togatus , id est , patronus causa-
 rum , sive *ovnyyos* , ut Græci
 interpretantur . Tom. 2. c. 974.
 C.
 Tollere ædificium quid sit , & qui-
 bus in locis concedatur . Tom. 5.
 c. 298. A.
 Tollere est juris , elidere facti . T.
 5. c. 74. D.
 Tollere est plus , quàm elidere .
 Ibid. D.
 Tomentum quid sit . T. 10. c. 1127.
 A.
 Tomi qualitas per principia osten-
 ditur . T. 10. c. 164. C.
 Τορονηραδ in singulis municipiis
 absentium vicem sustinent . T.
 2. c. 1047. E.
 Τορονηραδ loci iudices , servato-
 res . T. 3. c. 67. A. B.
 De tonsura clericorum . Vide , Co-
 rona .
 Topiarius quis sit , & ad quid hæ-
 beatur . T. 10. c. 1124. E.
 Toralia . T. 3. c. 273. A.
 Torcularia rebus immobilibus ad-
 numerantur . T. 2. c. 1232. A.
 Torcularia ædificii emptorem an
 sequantur . T. 7. c. 781. A.
 Tormenta apud tyrannos pro pœna
 etiam adhibentur . T. 3. c. 418.
 A.
 Tormenta in re pecuniaria non
 adhibentur . T. 1. c. 495. E.
 Tormentis apud Præsidem subjectus ,
 & de nulla culpa confessus , ad
 justam libertatem perducitur potest .
 T. 1. c. 463. B.
 Tormentis qui non possunt appli-
 cari . T. 8. c. 565. B.
 Tormentis an subjici possint liberi
 homines . T. 9. c. 1469. E. &
 seq.
 Torrens quid . T. 8. c. 599. D.
 Torrens , & flumen differunt . Ibid.
 D.
 Tota actio ad exhibendum ex arbi-
 trario iudicis pendet , & arbitraria
 est . T. 5. c. 380. E.
 A toto ad partem argumentum non
 valet , & alia est ratio totius
 fundi , alia evictæ partis . Tom. 4.
 c. 158. E.
 In toto est pars , non in parte to-
 tum . T. 5. c. 98. B. & Tom. 8.
 c. 710. B.
 Qui de toto agit , agit etiam de
 parte . T. 10. c. 977. A.
 In toto inest pars . Ibid. A.
 Qui totum dicit , etiam vinculum
 natu-

- naturale comprehendit . Tom. 4. c. 728. C.
- Totum statim non improbat , qui partem improbat . T. 4. c. 1086. A.
- Totum , & genus in quo differunt . T. 4. c. 448. E.
- Totum , & omne in quo differunt . T. 4. c. 227. E. & c. 228. A.
- Totum, vel omne non semper comprehendit omne, maximè in jure nostro . T. 7. c. 83. C.
- Totum quomodo in partibus inesse dicatur . T. 8. c. 818. B.
- Totum sine partibus non est . T. 8. c. 710. B.
- Trabea stola est Consulium . T. 2. c. 893. E.
- Trabes hymetiz . T. 8. c. 537. A.
- Trabes quid . Ibid. A.
- Trabium appellatione quæ continentur . Ibid. A.
- Tractare accipitur pro disputare in jure . T. 4. c. 829. A. unde tractatores vocantur doctores, qui disputationes instituunt, agitantque publicè . Ibid. A.
- Tractatus quid a quæstione differt . T. 1. c. 1253. E. & c. 1254. A.
- Tractatores, & chartularii an iidem . T. 2. c. 689. E.
- Tractatoriz quæ sint . T. 2. c. 994. B. & T. 10. c. 742. B.
- Tradendo nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet . T. 10. c. 1018. E.
- Tradere, & assignare idem . T. 3. c. 335. A.
- Tradere, & solvere in quo differunt . T. 5. c. 869. B.
- Tradere videtur venditor vindemiam, si patiatur emptorem uvam legere . T. 6. c. 368. E.
- Tradere . T. 9. c. 474. A.
- Tradita, vel data certi condicuntur . T. 10. c. 756. A.
- Traditio quid . T. 3. c. 310. D. & c. 311. B.
- Traditio, & mancipatio quid inter se differunt . T. 1. c. 374. E.
- Traditio facti potiùs, quàm juris est . T. 1. c. 487. E.
- Traditio quando non intervenit, usucapio non procedit . Tom. 4. c. 632. B.
- Traditio est suprema perfectio, & contractus consummatio, Tom. 5. c. 649. A.
- Traditio heredis quando justum errorem inducat . Tom. 5. c. 749 D.
- Traditio nuda absque causa aliqua contractus dominium non transfert . T. 5. c. 454. B.
- Traditio est causa possessionis proxima . T. 5. c. 708. A.
- Traditio ficta admittitur . T. 5. c. 479. D.
- Traditio nuda an dominium transferat . T. 6. c. 82. D.
- Traditio nulla intervenit in re inventa, non accepta, veluti in re jactata ex navi ab alio reperta . T. 6. c. 496. E.
- Traditio non domini non facit me dominum . T. 6. c. 378. B.
- Traditio non est actus legitimus . T. 6. c. 311. B. si esset actus legitimus, non acciperet conditionem . Ibid. B.
- Traditio aliud est, aliud emancipatio rei alienæ . Tom. 7. c. 565. D.
- Traditio est genus alienationis . T. 7. c. 353. C.
- Traditio fictitia . Tom. 7. c. 363. C.
- Traditio juris naturalis, usucapio juris civilis est . T. 9. c. 101. B.
- Traditio facit res dotales . Tom. 9. c. 479. B.
- Traditio ficta an sufficiat ad perficiendam donationem, ut ad quemlibet alium contractum . T. 9. c. 1172. D.
- Traditio veluti contractus est . T. 9. c. 525. E.
- Traditio quid . T. 9. c. 101. E.
- Traditio clavium ædium venditarum quid efficit . T. 9. c. 1013. C.
- Traditio mutua, & tacita . Tom. 9. c. 360. B. C.
- Traditio nuda dominium non transfert . T. 10. c. 282. B.
- Traditio, vel ulucapio sunt duo summa genera acquirendi domini proprietatis, T. 10. c. 297. C.
- Traditio est causa acquirendi domini dotis . T. 10. c. 298. A.
- Traditio tabularum an dominium transferat . T. 10. c. 718. B.
- Traditio non transfert dominium, nisi æs numeratum sit, Tom. 10. c. 759. E.
- Traditio dominum facit, non inscriptio nominis sola . T. 10. c. 1016. E.
- Traditio nuda, idest, quæ vacat titulo, & causâ, dominium non transfert, T. 10. c. 1017. E.
- Traditio quando fit nuda . Ibid. E.
- Traditio est datio possessionis . T. 10. c. 1020. A.
- Omnis traditio ex causa non nuda, facta contractus est, T. 10. c. 1024. C.
- Traditionis definitio . T. 3. c. 310. D.
- Traditionis pacto, & lege an servitus constitui possit . T. 7. c. 445. A.
- Traditionis varias esse causas justas . T. 7. c. 353. C. & seq.
- Traditionis nomine subintelligitur semper omnis species alienationis præter usucapionem . T. 7. c. 352. E.
- Traditionis nomen quid completatur . T. 8. c. 1107. D.
- Traditione res acquiruntur . T. 1. c. 73. B. & T. 8. c. 933. C.
- Traditione in rebus, sive corporibus opus non est . T. 5. c. 479. D. E.
- Traditione, non nudo consensu dominium transfertur . Tom. 7. c. 806. A.
- Traditione, non venditione dominium transfertur in emptorem . T. 7. c. 767. E.
- Traditione consummatur donatio . T. 9. c. 1334. E.
- Traditione instrumenti auctoritatis acquiritur possessio . Tom. 9. c. 1014. A.
- Traditione fit dotalis servus, dotale prædium, dotalis pecunia . T. 9. c. 479. B.
- Ante traditionem rei venditæ venit ea utilitas, quæ conjuncta est rei; post traditionem ea, quæ conjuncta est a re . Tom. 10. c. 761. B.
- Post traditionem qualemcumque an debeantur usuræ pretii . T. 10. c. 767. E.
- Traditiones ab herede factas ad id tempus redigi, quo hereditas adita fuerit, cum repudiatum sit legatum, aut adquisitum . T. 7. c. 648. C. D.
- Traditionibus, & usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur . T. 1. c. 1107. C. & T. 9. c. 101. A. B.
- Traditionibus, & usucapionibus quomodo dominia rerum transferantur . T. 5. c. 287. D.
- De traditionibus ædium . Tom. 6. c. 458. E.
- Traditionibus, & usucapionibus, & aliis legitimis modis dominium acquiritur, non nudis pactibus . T. 9. c. 84. E. & c. 85. A.
- Tradituri verbum antiquum . T. 9. c. 812. B.
- Trajanus grandævâ ætate, adscito ad imperium Adriano cive, & propinquo, abhinc divisa sunt nomina Cæsarum, & Augusti, indistinctumque in reipub. ut duo, vel plures summæ potentiz dissimiles cognomento, ac potestate dispari sint . T. 9. c. 1470. E. & c. 1471. A.
- Trajanus quare dictus *herba parietaria* . T. 10. c. 1099. D.
- Trajectiones literarum frequentissimæ in Pandectis Ilorentinis . T. 9. c. 892. E.
- Trajectitia pecunia . T. 1. c. 392. B.
- Trajectitia, seu nautica pecunia, quanam sit . T. 1. c. 1407. A. & T. 10. c. 523. C.
- Transactio quid . T. 2. c. 97. D. E.
- Transactio non fit, nisi de re nondum finita . T. 1. c. 951. A.
- Transactio alimentorum fit auctore Prætoris in Urbe, vel Præsidi in provincia . T. 1. c. 953. C.
- Transactio, ac donatio pactorum, causæ sunt, non pacta . Tom. 1. c. 947. D.
- Transactio specialis, vel generalis in ea re, vel causa, de qua cogitatum non est, non valet . T. 1. c. 954. D.
- Transactio, a patre de re filii emancipati facta, filio non nocet . Ibid. E.
- Transactio per exceptionem liberat, solu-

- solutio ipso jure . Tom. 4. c. 23. D.
- Transactio cum creditore de remittenda pecuniæ parte. Tom. 4. c. 837. B.
- Transactio post rem judicatam facta utrum valeat, si appellatum sit. Ibid. B.
- Transactio nulla, nisi de lite. T. 8. c. 641. E.
- Transactio de furto, & injuriis est permissa. T. 9. c. 197. B.
- Transactio species est, pactio genus. T. 9. c. 25. E.
- Transactio est remissio litis præsentis, vel impendentis. Ibid. C.
- Transactio fit in re dubia. Tom. 9. c. 227. B.
- Transactio nulla est, si nihil retinetur, vel datur, vel promittitur. T. 9. c. 677. B.
- Transactio est species pacti, quæ inter duos, pluresve de re dubia, & lite incerta, neque finita componitur. T. 9. c. 26. C.
- Transactio an comprehendatur generali mandato. T. 9. c. 193. B.
- Transactio est nullius momenti, & cur. T. 9. c. 787. C.
- Transactio gratuita nulla est, quæ fit nullo dato, vel retento, vel promisso. Ibid. C.
- Transactio nudâ voluntate perficitur. T. 9. c. 25. C.
- Transactio non est modus faciendi ingenuum, sicut nec faciendi servum, aut libertinum. T. 9. c. 975. D.
- Transactio appellatur divisio, quia omnis divisio fit transactionis genere. T. 9. c. 1101. D.
- Transactio quid sit. T. 10. c. 877. C. transactio ex quibus fiat. Ibid. D.
- Transactio semper separatur a donatione. Ibid. E.
- Transactio refertur ad litem, vel ad negotium aliquod ambiguum. T. 10. c. 878. B.
- Transactio rescinditur, si erratum sit in computatione, nisi etiam de errore calculi nominatim transactum sit. Ibid. C.
- Transactionis pacto exactio judicati non tollitur. T. 1. c. 642. D.
- Transactionis genere plerumque fit divisio patrimonii. T. 4. c. 899. D.
- Transactionis præsumptio obstat conditioni. T. 9. c. 227. B.
- Ex transactionis causâ solutum condici non potest. T. 9. c. 222. B.
- Transactionis causâ ex pacto datur exceptio, non actio. T. 9. c. 105. C.
- Ex transactionis causa solutum condici non potest, quamvis debiti causa nulla præcesserit. Tom. 9. c. 328. C.
- Transactionis fidem qui non præstat, eam exigere non potest. T. 9. c. 105. C.
- Transactionis definitio. T. 9. c. 24. D.
- Transactioni inest pactio quasi genus, & nomen ei dat, definitionemque. T. 3. c. 286. A.
- Transactioni inest pactio quasi genus. T. 9. c. 24. D.
- Transactioni qui non parer, uti eâ non potest. T. 9. c. 105. C.
- Transactionem non posse rescindi prætextu novorum instrumentorum, si bonâ fide facta fuerit. T. 9. c. 1090. E. & c. 1091. A.
- Adversus transactionem an minor possit restitui. T. 10. c. 898. E.
- Transactione non tollitur actio, nisi aquiliana subjiciatur stipulatio, & acceptilatio. T. 1. c. 955. B. C.
- De transactione rescindenda consultatio. T. 1. c. 694. A.
- Transactione rei finitâ, nihil pertinet ad arbitrum, sive judicem. T. 4. c. 899. D.
- Transactione tollitur furti actio. T. 6. c. 145. A.
- Transactiones adversus qui restituntur. T. 4. c. 899. D.
- Transactiones bonâ fide factas de controversiis pendentibus ex testamento prolato, quod tum non fuerat inspectum, non rescindi. T. 9. c. 187. B.
- Transactiones non sunt contractus. T. 9. c. 284. C.
- In transactionibus res non solet ad vivum rescari, ut in judiciis. T. 9. c. 119. B.
- De transactionibus. T. 9. c. 24. A. & seq.
- Transactum pro transactione: T. 1. c. 194. A. & T. 2. c. 98. A.
- Transactum quod semel est, corrumpi, aut commutari non potest, superveniente delicto. T. 5. c. 803. E.
- Transigisse videtur de suo jure, qui rem permiserit religioni adversarii. T. 10. c. 419. A.
- Transcundi jus est jus personæ, non prædii. T. 6. c. 699. C.
- Transferendi domini justa causa, præcesserit traditionem, an sequuta sit, nihil refert. T. 5. c. 454. D.
- Transferendi domini animo res alteri tradita. T. 6. c. 82. B.
- Transferre in aliud nomen, & in alium statum, novare est. T. 1. c. 1183. E.
- Transferre possessiones in aliud jus est beneficium Principis. T. 2. c. 697. E.
- Transferre nemo plus juris in alium potest, quam quis habeat. T. 4. c. 7. D.
- An transferri possit res litigiosa in alium. T. 9. c. 1249. D. E. Vide, Res litigiosa.
- Qui transfert, mutat voluntatem collatam in priorem. T. 4. 1189. C.
- Quod non transfertur in causam novationis, jure pristino peti potest. T. 4. c. 670. E. quod in stipulationem non transfertur, judicio empti peti potest. Ibid. c. 671. A.
- Transformare quid. T. 9. c. 59. E.
- Transfuga quid ab hoste differat. T. 3. c. 452. D.
- Transfuga, desertor, & emansor quid inter se distent. Tom. 3. c. 157. A.
- Transfuga propalam oppugnat patriam. Ibid. C.
- Transfuga homo liber postliminium non habet. T. 3. c. 313. D.
- Transfugæ definitio. T. 2. c. 94. D.
- Translugas vivos exurendos esse. T. 3. c. 452. D.
- De transtugis. T. 3. c. 94. D.
- Transigere an de crimine capitali liceat. T. 1. c. 952. A. & T. 3. c. 144. D.
- Transigere de adulterio non licet: T. 1. c. 952. A.
- An transigere liceat de legato, testamento non inspecto. Tom. 9. c. 187. B.
- Pro transigere Græci accipiunt cedere. T. 9. c. 24. C.
- Transigere diminuendi causâ qui non possit. T. 9. c. 107. D.
- Transigere nos inutiliter de re judicata. T. 9. c. 66. A.
- Transigere decidendi causâ potest procurator, qui habet generale mandatum. T. 9. c. 107. E.
- Transigere licet de crimine capitali. T. 9. c. 1262. A.
- Transigere non licet de adulterio. T. 9. c. 1413. D.
- An transigere possit procurator, qui habet mandatum generale. T. 9. c. 193. B.
- Transigere non potest is, cui mandata est actio, vel defensio. T. 9. c. 107. E.
- Transigere non potest tutor diminuendi causâ. T. 9. c. 193. C.
- Transigi de præteritis alimentis potest, de futuris non, nisi ex decreto Prætoris in Urbe, vel Præsidis in provincia. T. 1. c. 951. C.
- An transigi possit de controversiis, quæ ex testamento pendent, nisi inspecto testamento. T. 9. c. 187. B.
- Transigimus rectè non tantum de lite jam cœpta, sed etiam de ea, quam speramus, & veremur. T. 5. c. 867. D. E.
- Transitus. T. 6. c. 699. C.
- Translatio Rhetoribus quid. T. 3. c. 534. E.
- Translatio plus est, quam ademptio. T. 1. c. 810. B.
- Translatio judicii datur extraneo heredi. T. 4. c. 601. A. B.
- Translatio reliquiarum mortui in alium locum a Principe impetrari debet. T. 4. c. 945. A.
- Translatio judicii, vel judicati actio quando competat. T. 5. c. 687. D.
- Translatio corporum defunctorum. T. 8. c. 519. D.
- Translatio quarundam rerum prohibita est. T. 9. c. 369. E.
- Translationis, & præscriptionis eandem definitionem esse. T. 9. c. 1245. A.
- Translationes apud Rhetores sunt quæ,

quæstiones; quæ incidunt. T. 9. c. 50. E.
 De translatorum collatione. T. 2. c. 697. B. C.
 Quæ transmissio jure cessat, remedio decreti inducitur. Tom. 4. c. 403. D.
 Transmissionis hereditatis non aditæ jus singulare. Tom. 9. c. 773. A.
 Transmissionis jus, quod proprium erat suorum, communicatum est extraneis heredibus. T. 9. c. 773. D.
 Transmissioni locus ubi est, jus ad crescendi cessat. Tom. 4. c. 532. C.
 De transmissione hereditatis non aditæ. T. 9. c. 889. A. & seq.
 De transmittendis, vel exhibendis reis. T. 9. c. 1383. D. E. & seq.
 Non transmitti hereditatem non aditam, nec deliberationem de ea adeunda, vel non adeunda. T. 9. c. 772. B.
 Transvectio equitum solebat fieri idibus Juliis. T. 3. c. 611. B.
 In transverso limite sunt multi limites linearum. T. 8. c. 218. C.
 Transversus gradus incipit a secundo. T. 10. c. 501. C.
 Trapezitæ officio quid incumbit. T. 4. c. 923. A. B.
 Trebatius jurisconsultus qualis fuerit. T. 1. c. 912. C.
 In trebellianam ea computantur, quæ quomodo sumuntur ex bonis restitutioni subjectis. T. 10. c. 489. E.
 Trebellianica detrahitur ex fideicommissis universalibus. Tom. 7. c. 1010. D. quæ in eam impudentur. Ibid. D.
 Trebellianicus fideicommissarius. T. 7. c. 224. E.
 Trebelliani exceptio. T. 6. c. 285. A.
 Trebelliani fideicommissarii qui dicuntur. T. 7. c. 490. A. B.
 Ex Trebelliano Senatusconsulto hereditas restituta. T. 6. c. 284. E. & c. 285. A.
 Trebelliano cum sit locus, an sit etiam Falcidia. T. 10. c. 490. C.
 Trebellianum fideicommissarium partiarium esse. T. 7. c. 1105. B.
 Trebellianum, id est, *le tour du baston*. T. 9. c. 985. D.
 Trebellianum Senatusconsultum. T. 9. c. 865. C. & seq.
 Trebellianus fideicommissarius an is sit, cui superfluum hereditatis restituitur ex causa fideicommissi. T. 4. c. 560. C.
 Trebellianus fideicommissarius. Vide, Fideicommissarius Trebellianus.
 Trebellianus fideicommissarius heredem imitatur. T. 7. c. 1105. C.
 Tremisses a quo formati fuerint. T. 2. c. 967. B.
 Tres tutelæ an, & quando ab ad-

ministratore excusent, Tom. 5. c. 1035. B. & seq.
 Tres breves dies. T. 9. c. 1379. E.
 Tressis, & tremissis. T. 3. c. 188. A.
 Tria decreta damni infecti quæ sint. T. 5. c. 17. C.
 Tria opposita ex Tit. *de aqua pluvia arcenda* conciliat, & retexit auctor. T. 5. c. 666. A.
 Tria, & trina in quo differunt. T. 6. c. 26. D. E.
 Triboniani error. T. 4. c. 213. B.
 Tribonianus observationem temporum luctus cuique liberam concessit, infamiam delinquentibus remissam. T. 5. c. 103. C.
 Tribonianus rem ad usum fori, qui ætate Justiniani obtinebat, accommodavit. T. 5. c. 963. A.
 Tribonianus mulieribus tempus luctus non mutavit, aut imminuit, sed decem mensium luctum illis confirmavit. T. 5. c. 103. D.
 Tribonianus notatus. T. 9. c. 187. C.
 Tribonianus Jurisconsultus maximus fuit, hæc laus ei cripi non potest, idque ostendunt omnes leges, quæ ab eo editæ sunt nomine Justiniani: nam plenissimæ sunt eruditionis, & prudentiæ legitimæ. T. 9. c. 484. E.
 Tribonianus multa de suo sub aliorum nomine in Digestis addidit. T. 10. c. 1075. C.
 Tribum emere quid olim erat apud Romanos. T. 10. c. 1099. A.
 Tribunal, & sella an sint idem. T. 8. c. 235. E.
 Pro tribunali, & per libellum expedire quid sit. T. 8. c. 695. C. & c. 793. D.
 Tribunalia centumvirorum. T. 7. c. 1226. B.
 Tribuni, & milites a signis, & stationibus solitis non discendant. T. 2. c. 954. E.
 Tribuni militum laticlavii. Tom. 3. c. 359. C.
 Tribuni vigilibus præpositi. T. 2. c. 1052. E.
 Tribuni militum quinam, & quales. T. 1. c. 901. B.
 Tribuni plebis manu injectam civem eximebant ab injuria Consulum. T. 4. c. 1270. E.
 Tribuni plebis creabantur auxilii ferendi causâ. Ibid. E.
 Tribuni notarii quinam sint. T. 10. c. 857. B.
 Tribuni, & comites rei militaris quinam erant. T. 10. c. 860. C.
 Tribunis plebis non licebat ab Urbe pernoctare, nisi latinarum feriarum causâ. T. 3. c. 692. E.
 Tribunitia stipulatio. T. 8. c. 1056. A.
 Tribuno plebis non licuit extra Urbem abnoctare. T. 10. c. 587. C.
 Tribunorum scholarum dignitas. T. 2. c. 906. D. E. & c. 907. A.
 Tribunos militum posse judicandi officio fungi inter militares viros. T. 9. c. 150. C.
 Tribunus adjutricis primæ, vel se-

cundæ. T. 2. c. 755. B.
 Tribunus plebis quis esse non possit. T. 1. c. 896. D. E.
 Tribunus militum quis dicitur. T. 6. c. 182. C. idem dicitur tribunus legionis. Ibid. C.
 Tribunus plebis unum diem abnoctare non potest. T. 8. c. 481. E. non potest unum diem urbe abesse. Ibid. E.
 Tribunus impubes an faciat testamentum. T. 10. c. 1249. E.
 Tribus villa prope Moguntiam. T. 6. c. 810. D.
 De tribus urbanæ jure. Tom. 3. c. 174. D.
 Tribus ex uno facto, triumve nomine actio injuriarum an competit. T. 5. c. 756. D.
 Tributa duplicia sunt, & quibus in rebus consistunt. T. 2. c. 670. C.
 Tributa publicanis locari non solent. T. 3. c. 169. B.
 Tributa possessionibus, non personis indicuntur. T. 1. c. 946. D.
 Tributa quænam appellentur. T. 2. c. 670. C.
 Tributa temporaria ad usufructuarium pertinent. T. 7. c. 1363. D.
 Tributa a Populo Romano quomodo accipiantur. T. 7. c. 378. E.
 Tributa præterita venditores agnoscere debent, sicut & heredes. T. 8. c. 748. D.
 Tributa. Vide, Vectigalia.
 Tributa ob non soluta fundus minoris fisco non committitur. T. 10. c. 739. E.
 Tributaria, & stipendiaria prædia vocantur, quæ in provinciis sunt. T. 1. c. 73. C. & T. 8. c. 933. C.
 Tributarii adscriptitii. Tom. 2. c. 834. C.
 Tributarii prædii venditor, qui nihil ea de re emptori dixit, an, & quomodo emptori teneatur ex empto. T. 7. c. 785. A.
 Tributarii agri Principi, stipendiarii populo pendunt. T. 8. c. 507. A.
 Tributi, & stipendii differentia hodie nulla est. T. 3. c. 168. B.
 Tributi exigendi munus patrimoniale est. T. 4. c. 854. B.
 Tributi exigendi munus non habetur inter sordida munera. T. 4. c. 855. B. C.
 Tributi, & stipendii differentia. T. 8. c. 507. A.
 Tributi pensatio non est idoneum argumentum traditæ possessionis rei venditæ. T. 9. c. 382. C.
 Tributis quando fiscus prædia relevat. T. 9. c. 417. C.
 De tributis solvendis pactio a muliere, quæ dedit fundum æstimatum in dotem, fisco non præjudicat. T. 9. c. 83. B.
 Tributaria actio. Vide, Actio tributaria.
 Tributaria actio quæ. T. 8. c. 1119. A. quando expediat eam agere. Ibid. D.

K x x x

Tri-

- Tributorum publicorum susceptores ex decurionibus creantur . T. 2. c. 709. E.
 Tributorum non solutorum causa pignora capiuntur, & distrahuntur . T. 2. c. 685. A.
 De tributorum publicorum exactione . T. 2. c. 1149. C.
 De tributorum reliquorum indulgentia . T. 2. c. 1161. D.
 Tributorum Armeniacorum praestatio duobus pensionibus dividitur . T. 2. c. 675. E. & c. 675. A.
 De tributorum exactioibus . T. 2. c. 678. A.
 Tributorum collatio alia est in capite, alia in censu . T. 1. c. 888. E. & T. 7. 1333. A.
 De tributorum praestatione : T. 9. c. 377. C.
 Ob tributorum cessationem pignora capiuntur, deinde distrahuntur post duos menses a die capionis . T. 9. c. 376. E.
 Tributum quid a vectigali distet . T. 3. c. 169. A.
 Tributum aliud soli, aliud capitibus . T. 1. c. 888. E.
 Tributum omne sequitur quemcumque possessorem agrorum . T. 4. c. 955. E.
 Tributum quid sit . T. 7. c. 151. D. & c. 765. C.
 Tributum Principi, stipendium populo inferitur . T. 8. c. 507. A.
 Tributum fiscus exigit vel a conductore, vel a domino pro consuetudine regionis, vel ab emphyteutico . T. 9. c. 421. D.
 Tricenaria praescriptio . T. 1. c. 549. A.
 Triduum pro novem illis diebus accipitur, in quibus ter citandus est absens reus . T. 9. c. 1380. A.
 Triennii vacatio datur ab honoribus ad alios honores . Tom. 1. c. 542. E.
 Triennii praescriptio etiam pignus rerum mobilium perimit . T. 4. c. 1287. D.
 De triennio . T. 1. c. 542. B.
 Triennium, vel biennium in dirimendis litibus a quo tempore numeratur . T. 9. c. 129. D.
 Triennium jure civili, & pontificio ad terminandam instantiam . T. 9. c. 133. A. B.
 Triens quae, & cuius rei pars . T. 8. c. 972. D.
 Trigener . T. 8. c. 210. A.
 Triiores paragaude . T. 2. c. 798. A.
 Trima dies quid . T. 9. c. 507. E. & c. 508. B.
 Trimarchisia quid proprie sit . T. 2. c. 1184. E.
 Trinepos unde dictus . T. 8. c. 224. B.
 Summae Trinitatis, & fidei Catholicae mysteria titulum 1. lib. 1. codicis coronant . T. 10. c. 813. A.
 Triduum, & triaundinum differunt . T. 3. c. 576. D.
 Triaundinum quid . T. 9. c. 1380. A.
 Trinurus . T. 8. c. 210. A.
 Tripertita, Sexti Aelii liber, qui sic inscribitur . T. 1. c. 910. D.
 Tripli, aut in triplum actio quae . T. 8. c. 1097. A.
 Tripli poena qui tenetur . Tom. 9. c. 1157. B.
 Triplicatio, & replicatio quid deponotent . T. 1. c. 281. C. D.
 Triplum an sit vere poena in actione vi bonorum raptorum . T. 10. c. 130. D.
 Trifocer, trifocrus . T. 8. c. 209. E.
 Tristis & luctuosa hereditas cur sic appellata . T. 8. c. 180. C.
 Tristitia mitigatur lenitate verborum . T. 5. c. 145. E.
 Tristitiam rei mitigat verbi lenitas . T. 4. c. 899. C.
 Tritavus unde dictus . T. 8. c. 224. B.
 Tritae segetes differunt a demessis, & defectis . T. 6. c. 239. A.
 De triticaria conditione . Tom. 1. c. 762. A.
 Triticaria conditio arbitraria est . T. 7. c. 622. C. cuius rei datur . Ibid. C. in eam actionem quae res veniunt . Ibid. C.
 Triticaria conditio . Vide, Conditio triticaria .
 De triticaria conditione . Tom. 7. c. 681. C.
 In triticaria conditione quae res petantur . Ibid. C.
 Triticaria actio est arbitraria . T. 7. c. 650. D.
 Triticaria conditio pecunia numerata non petitur, sed aliud quidlibet . T. 9. c. 203. D.
 Triticaria conditio unde dicta . T. 10. c. 425. E. & c. 753. D.
 Conditio triticaria pecunia numerata non petitur . T. 10. c. 425. E.
 In triticariam conditionem non venire res omnes . T. 7. c. 650. D.
 Triticum quid sit . Tom. 1. c. 807. D.
 Triticum . T. 5. c. 679. B.
 Trium, aut quatuor liberorum jus a tutela excusat . T. 5. c. 1044. D.
 Triumviri capitales, & triumviri monetales . T. 1. c. 904. D.
 Triumviri monetales praerant aeri, auro, argento flando, feriendo . T. 9. c. 1450. E.
 Trulla dicitur esse in supellectili . T. 3. c. 300. D.
 Trulleum, ac trullam differre . Ibid. D.
 Triphoninus jurisconsultus quo tempore vixit . T. 3. c. 167. C.
 Tuendae libertati nulla praescriptio temporis obstat potest . Tom. 5. c. 14. C. D.
 Tueri verbum passive acceptum . T. 1. c. 1085. C.
 Tugurium Gallis vocatur *un buron*, unde dicunt : *il nya maison, ny buron* . T. 7. c. 431. D.
 Tugurium est casa pastoralis . T. 8. c. 613. E.
 Tugurium est aedificium rusticum . T. 8. c. 614. A.
 Tutionis formula : T. 2. c. 890. E.
 Tullius personas, ex quarum rostris salit aqua, *Silvanos, & Silanos* interpretatus est . T. 3. c. 399. E.
 Turba Bellonae entheata . Tom. 3. c. 289. D.
 De his, quae per turbam fiunt . T. 1. c. 470. D.
 Per turbas inquirere de usu longaevo . T. 9. c. 1326. D.
 Turbes quid . T. 8. c. 605. B.
 Rem turpem in stricta iudicia non deduci, neque venire . T. 5. c. 468. D. E.
 Turpem causam continens pactum non valet . T. 5. c. 77. C.
 De ob turpem causam conditione : T. 9. c. 228. E. & seq.
 Turpem ob causam data an condicantur . T. 10. c. 955. D.
 Turpes, & famosae actiones quae sunt . T. 6. c. 89. D.
 Turpes actiones . Vide, Actiones .
 Turpia legata pro non scriptis esse . T. 7. c. 1203. C.
 Turpillianum Senatusconsultum . T. 9. c. 1476. E.
 Turpillianum Senatusconsultum fuit tantum de poena tergiversatorum . T. 10. c. 1038. A. B.
 Turpis pactio . Vide, Pactio .
 Turpitudinem cautionis qui allegat, ei onus probandi incumbit . T. 9. c. 236. B.
 Ubi par turpitude, & delictum, versatur, melior est conditio rei, deterior petitoris . T. 5. c. 139. A.
 Turpitude pro sordibus . Tom. 10. c. 383. B. & c. 400. C.
 Turricula quodnam ludi genus . T. 1. c. 757. B.
 Turonensis Archiepiscopus totius Britanniae Metropolitanus . T. 6. c. 786. C.
 Tutela cessitia . T. 1. c. 318. A.
 Tutela contractibus adnumeratur . T. 2. c. 342. D.
 Tutela legitima a testamentaria differt . T. 2. c. 344. C.
 Tutela est munus publicum, & civile . T. 1. c. 51. E.
 Tutela non est reipublicae munus . T. 1. c. 1028. A.
 De tutela legitima agnatorum . T. 1. c. 37. C.
 Tutela legitima in jure cedi potest, quod sit res incorporalis . T. 1. c. 327. D.
 De tutela testamentaria . Tom. 1. c. 789. E. & T. 2. c. 342. D.
 Tutela fiduciaria . T. 1. c. 41. C. D.
 Tutela legitima tam masculorum, quam foeminarum proximis agnatis deferatur cujuscumque sint aetatis . T. 3. c. 502. C.
 Tutela, & manumissio quid inter se diffideant . T. 3. c. 177. C.
 Tutela a caeteris muneribus civilibus distat . T. 1. c. 1022. E.
 Tutela testamentaria quae sit . T. 1. c. 789. E.
 Tutela privigni an vitrico permittatur .

- tatur . T. 3. c. 158. D.
 Tutela quando adfectatur . Tom. 1. c. 53. A.
 Judæos non excusari a tutela non judæorum . T. 1. c. 1038. D.
 Tutela patronorum minimâ capitâ minutione non perit . Tom. 1. c. 320. C.
 Tutela levissima , ac tenuissima pro nulla computatur . T. 1. c. 1021. B.
 Tutela munus virile est . Tom. 2. c. 349. C.
 Tutela honoraria . T. 1. c. 790. D.
 Tutela legitima alia est principalis, alia cessitia . T. 2. c. 345. A.
 Tutela legitima alia ex lege directo descendit , alia per consequentias hereditatum . T. 2. c. 344. D.
 Tutela cessitia cessat . T. 2. c. 345. B.
 Tutelâ qua ætate liberantur masculi , vel fœminæ , T. 1. c. 46. C.
 Tutela pro curatione , & tutor procuratore accipitur . T. 1. c. 1034. C.
 Tutela captivitate tutoris finire solet . T. 3. c. 188. C.
 Debitor , aut creditor tutelâ , vel curatione hodie excusatur . T. 2. c. 1113. C.
 Tutela finitur pubertate . Tom. 2. c. 367. E.
 Tutela propriè quid sit apud Servium . T. 1. c. 35. A. B. & T. 8. c. 915. B.
 Tutelâ fœmina citius , quàm mas liberatur , curatione non item . T. 1. c. 47. D.
 Tutela dividenda . T. 2. c. 360. B.
 De tutela fœminarum . T. 3. c. 172. C.
 De tutela matrum . T. 2. c. 1128. E.
 Tutela quibus modis finiatur . T. 1. c. 46. B. C. & T. 8. c. 922. C.
 De tutela patronorum legitima . T. 1. c. 40. C.
 De tutela parentum legitima . T. 1. c. 41. A.
 A tutela , vel cura qui se volunt excusare , non appellant , sed intra quinquaginta dies se ipsos excusant . T. 1. c. 54. D.
 Tutela mulieris , quæ sui juris est , an finiatur conventionem in manum , adrogatione , & servitute . T. 3. c. 648. B.
 Tutela , vel cura publicum munus . T. 1. c. 51. D.
 Tutela dicitur esse vis , & potestas in pupillum . T. 4. c. 544. C.
 Tutela eò pervenit , quò hereditas . T. 4. c. 541. D.
 Tutela finitur captivitate tutoris . T. 4. c. 707. A.
 Tutela quæ est . T. 4. c. 306. B.
 Tutela , & argentaria comparantur . T. 4. c. 922. E. & c. 923. A.
 Tutela patronorum jure quatuor liberorum liberantur fœminæ libertæ ex lege Papia ; quæ hoc jus non habebant , erant sub tutoribus . T. 4. c. 309. A.
 Tutela finitur pubertate . Ibid. A.
 Tutela est munus civile , inungitur invitis . T. 4. c. 868. C.
 Tutela est individua . Ibid. B.
 Tutela est virile officium . Tom. 4. c. 1000. C. D.
 Tutela decreto , & concessu Principis est quoque officium muliebri . Ibid. D.
 Tutela morte finitur , & an ea tutoris heredem sequatur . T. 4. c. 878. C.
 Tutela cessitia finitur morte cedentis . T. 4. c. 1149. B.
 In tutela perpetua erant olim fœminæ , T. 4. c. 309. A.
 Tutelâ finita , agi potest tutelæ judicio . T. 4. c. 1026. B.
 Tutelâ se abdicare est dicere , nolle se amplius tutorem esse . T. 4. c. 830. A. B.
 Tutela impuberis patrisfamilias , aut matrisfamilias adrogatione , & conventionem in manum , & servitute , atque etiam captivitate finitur . T. 5. c. 578. A.
 Tutela contractibus adnumeratur , id est , quasi contractibus . T. 5. c. 134. A.
 Tutela quid sit , quomodo finiatur , & in quem cadat . T. 5. c. 166. C.
 Tutela pauperis pupilli an imputetur in numerum trium tutelarum , quæ ab administratione excusare solent . T. 5. c. 1037. B.
 Una tutela est , quæ unius pupilli est . T. 5. c. 925. E.
 In tutela perpetua olim erant mulieres . T. 6. c. 311. A.
 In tutela perpetua defierunt esse mulieres ex lege Claudia . T. 6. c. 556. A.
 Tutela quibus defertur . Tom. 8. c. 215. C. D.
 Tutela quibus verbis delata esse videatur . Ibid. C.
 Tutela quò redit , eò & hereditas pervenit . Tom. 8. c. 215. D. & c. 696. A. B. & c. 795. A. B. & c. 863. A.
 Tutela testamentaria mandatur jure patriæ potestatis . T. 8. c. 795. E.
 De tutela testamentaria . Tom. 9. c. 554. A. & seq.
 Tutela legitima non datur , sed lege defertur ipso jure , & deficientibus tutoribus testamentariis . T. 9. c. 557. B.
 Tutela , & hereditas comparantur simul . T. 9. c. 554. D.
 Tutela , & libertas in quo differunt . T. 9. c. 554. D.
 Tutela finitur pubertate . Tom. 9. c. 588. A.
 Tutela contractibus adnumeratur . T. 9. c. 554. B.
 Tutela , quæ venit ex *leg. 12. tab.* defertur consanguineis , vel aliis agnatis proximis , deficientibus fratribus legitimis , vel gentilibus . T. 9. c. 558. A.
 De tutela legitima . T. 9. c. 557. B. & seq.
 Tutela fiduciaria quæ dicebatur . T. 9. c. 558. B.
 Si tutela divisa sit a testatore , vel iudice , unusquisque pro sua administratione tenetur , nisi forte , cum oportebat contutorem remove ut suspectum , omnino non removet , aut tardius removet . T. 9. c. 593. E. & c. 594. A.
 Tutela legitima multiplex . T. 9. c. 557. E.
 Tutela legitima cedi potest fœminæ . T. 9. c. 558. C.
 Tutela dativa alia est testamentaria , alia Attiliana . Tom. 9. c. 554. C.
 A tutela removeri eum ; qui datus est tutor filio impuberi contra matris ultimam voluntatem . T. 9. c. 587. D.
 Tutela relinquenda est directis verbis . T. 9. c. 556. E.
 Tutela non defertur per fideicommissum . Ibid. E.
 Tutela finitur variis modis . T. 9. c. 591. B.
 Tutela legitima alia est principalis , alia cessitia . T. 9. c. 558. C.
 Tutela finitur adoptione pupilli . T. 9. c. 603. D. finitur etiam impuberis pubertate . Ibid. D. E.
 Tutela defertur quasi munus civile , & publicum . T. 9. c. 592. A.
 Tutela alia legitima , alia dativa . T. 9. c. 554. C.
 Tutela quid . T. 9. c. 169. E. & c. 559. A. & c. 1484. E.
 Tutela . Vide , Administratio .
 Tutelæ , vel curæ administratio , & ejus partes quæ . T. 9. c. 569. B. prima pars administrationis est inventarii confectio bonorum pupilli , & instrumentorum ; secunda pars administrationis est depositio pecuniæ inventæ in bonis pupilli , vel adulti , aut resectæ ex venditione fructuum , vel rerum mobilium ; summa , & præcipua pars administrationis est defensio pupillorum , adolescentium , furiosorum , cæterarumque personarum , quibus curatores dari solent . Ibid. D. E.
 A tutela excusatur conductor prædiorum fisci , vel Cæsaris . T. 9. c. 580. B.
 A tutela qui excusantur . Tom. 9. c. 604. E. & c. 605. A. & seq.
 De tutela dividenda , & pro qua parte quisque tutorum conveniatur . T. 9. c. 593. C. & seq.
 A tutela excusatur conductor vectigalium fisci . Tom. 9. c. 580. A.
 Tutela fungi , & pro tutore munere fungi , longè diversa sunt . T. 10. c. 84. B.
 Tutela virile munus est . Tom. 10. c. 502. E.
 A tutela non tantum filii , sed & nepotes excusant . T. 10. c. 593. C.
 K K K K 2 In

- In tutela usuræ veniunt ipso jure . T. 10. c. 579. A.
- A** tutela excusatur, qui administrat res fisci . T. 10. c. 1028. E.
- Tutelæ definitio, ac divisio . T. 1. c. 789. B.
- Tutelæ legitimæ leg. 12. tab. agnatis delatæ sunt . Tom. 3. c. 316. B.
- Tutelæ, & curæ differentia . T. 1. c. 53. B.
- Tutelæ actio quid ab actione negotiorum gestorum differat . T. 3. c. 490. D. & c. 495. B.
- Tutelæ tres excusant a quarta . T. 1. c. 536. E.
- De tutelæ contraria, & utili actione . T. 1. c. 794. D.
- Tutelæ actio famosa . T. 1. c. 56. D.
- Tutelæ judicium contrarium . T. 2. c. 365. C.
- Tutelæ testamentariæ semper legitima credit . T. 1. c. 790. B.
- Tutelæ excusatio quid . Tom. 2. c. 368. E.
- Tutelæ verbis tantum directis deferuntur . T. 3. c. 515. B.
- Tutelæ arbitrium . T. 2. c. 259. B.
- Ex tutelæ causa qui tenentur . T. 1. c. 795. B.
- Tutelæ a testatore proficiscuntur . T. 1. c. 1017. E.
- Tutelæ rationibus ne matres obnoxix sint . T. 2. c. 1163. C.
- Tutelæ officio quando mulier fungi potest . T. 2. c. 349. B. C. & T. 9. c. 563. B.
- Tutelæ sollicitudo a muneribus civilibus non excusat . T. 2. c. 745. E.
- Tutelæ divisio non fit ipso jure, sed a magistratu, & cur . Tom. 4. c. 79. B.
- Tutelæ officio finito, tutor nullam actionem pupilli nomine interre potest sine mandato . T. 4. c. 1019. B.
- Tutelæ actio quid . Tom. 4. c. 311. D.
- Tutelæ actio non datur ante finitam tutelam . T. 4. c. 644. D.
- Tutelæ actio ob quænam datur . T. 4. c. 878. C.
- Tutelæ actio non dicitur esse ex contractu, sed quasi ex contractu . T. 4. c. 906. D.
- A** tutelæ administratione qui removetur ob inertiam, & simplicitatem, non fit infamis, secus qui ob dolum . T. 4. c. 324. C.
- Tutelæ judicium non est differentium in tutorem . T. 4. c. 924. A. B.
- Tutelæ agere quid est . T. 4. c. 311. D.
- Tutelæ divisio non est juris, sed jurisdictionis . T. 4. c. 79. B.
- Tutelæ a tutoribus institutis non transferuntur in heredes . T. 5. c. 1036. C.
- Tutelæ actio . Vide ; Actio tutelæ . Tutelæ deferuntur in locum muti, aut furdi tutoris, aut furiosi, aut excusati, aut remoti . T. 5. c. 160. E.
- Tutelæ ex quo die incipiunt, & valent . T. 7. c. 1135. A.
- Tutelæ non repetuntur . Tom. 8. c. 550. D.
- Tutelæ finis vel ex tutore pendet, vel ex pupillo . T. 8. c. 922. E. & c. 923. A.
- Tutelæ an valeant, testamento rescisso per querelam . T. 8. c. 58. B. & seq.
- Tutelæ actio est generalis . Tom. 9. c. 117. C. generale judicium est . Ibid. D.
- Tutelæ arbitrium est judicium, sive arbitrium bonæ fidei . Tom. 9. c. 590. B. huic judicio locus non est, nisi finitâ tutelâ . Ibid. B.
- Tutelæ datio omnino est legis, non jurisdictionis, aut imperii . T. 9. c. 555. C.
- Tutelæ arbitrium . T. 9. c. 590. B. & seq.
- De tutelæ contrario judicio . T. 9. c. 601. A. B.
- Tutelæ officium est individuum . T. 9. c. 265. D.
- Tutelæ actionis divisio non fit ipso jure, sed oppositâ exceptione . T. 9. c. 265. E.
- Tutelæ divisio non est juris . T. 9. c. 50. C.
- De tutelæ contrario judicio, quod tutori in pupillum datur, finitâ tutelâ . T. 9. c. 601. B.
- Tutelæ actionem dari heredi, & in heredem . T. 9. c. 598. C.
- Tutelæ, vel curationis munus non differt a cæteris muneribus civilibus jure veteri . T. 9. c. 605. E.
- Actio tutelæ est bonæ fidei . T. 10. c. 708. A. B.
- In actione tutelæ an sit opus opponi exceptionem doli . Ibid. B.
- Venire in suam tutelam quid . T. 1. c. 113. E.
- Ad tutelam, vel curam non vocantur cognati . T. 4. c. 346. B.
- Ob tutelam gestam a filiofamilias an pater teneatur de peculio, & de in rem verso . T. 4. c. 236. D.
- Tutelam liberti impuberis gerit, qui ejusdem successionem sperat . T. 4. c. 319. C.
- Inter tutelam divisam, & tutelam indivisam differentia . Tom. 4. c. 32. D. & seq.
- Constitutio D. Marci tutelam separat a cæteris muneribus civilibus . T. 4. c. 1015. A.
- Tutelam an quis administrare possit alio loci, quam quo domicilium habeat . T. 7. c. 144. D.
- Tutelam qui non gessit, arbitrio tutelæ etiam teneri . T. 9. c. 598. E.
- Tutelam non finit postulatio suspecti, sed damnatio . T. 9. c. 584. B.
- Tutelam attingere dupliciter accipi . T. 9. c. 393. A.
- In suam tutelam venire est abire alienâ tutelâ . T. 10. c. 1122. C.
- Tutelarum tria onera in una domo sufficere . T. 1. c. 1023. E.
- Tutelarum in onere, & proximo gradu deficiente, sequens succedit . T. 1. c. 163. A.
- Tutelarum tria onera an a quarta præbeant excusationem . Tom. 4. c. 1030. A.
- De tutelarum numero eodem die, eodemque momento delatæ . T. 5. c. 427. A.
- Tutelarum, & hereditatum jura propria sunt civium Romanorum . T. 6. c. 549. C.
- Ad tutelarum excusationem patri non profunt concepti, nec dum nati . T. 6. c. 429. A.
- Qui trium tutelarum onera sustinet, a quarta excusatur . T. 9. c. 608. C.
- Tutelas an amittat capitis deminutio . T. 1. c. 320. C.
- Tutelas confirmat testamentum pupillare . T. 6. c. 177. C.
- A** tutelis quæ excusantur personæ . T. 1. c. 1024. B.
- A** tutelis non excusatur conductor vectigalium civitatis . Tom. 4. c. 865. A.
- A** tutelis excusantur conductores vectigalium fisci . T. 4. c. 864. C.
- De tutelis duabus uni, eidemque delatis uno die . T. 5. c. 427. A.
- De tutelis . T. 6. c. 131. D. & seq.
- De tutelis datis incertis personis . T. 9. c. 863. D.
- A** tutelis legitimis ad hereditates legitimas an bonum sit argumentum . T. 10. c. 783. D.
- Tutor personæ, non causæ, vel rei datur . T. 1. c. 37. A.
- Tutor suspectus, remotus ob dolum, infamis est, non ob culpam . T. 1. c. 56. C.
- Tutor, vel curator pauper an ob id removendus esse videatur . T. 1. c. 58. B.
- Tutor Attilianus . T. 1. c. 42. E. & seq.
- Tutor incertus an dari possit . T. 1. c. 134. B.
- Tutor an dari possit tutorem habenti . T. 1. c. 48. E.
- Tutor pro curatore, & tutela pro curatione . T. 1. c. 1034. C.
- Tutor testamento datus si capitis deminutus est, non amittit tutelam . T. 1. c. 318. D.
- Tutor rectè datur is, qui detinetur a latronibus, quia civis manet . T. 3. c. 188. C.
- Tutor ventri dari non potest . T. 3. c. 170. B.
- Tutor absens rectè petitur, sed non absens trans mare . T. 1. c. 1034. D.
- Tutor a nominatione appellare potest . T. 1. c. 1035. B.
- Si tutor creatus appellarit . Tom. 1. c. 882. B.
- Tutor confirmandus . T. 2. c. 343. B. C.
- Tutor confirmatus dativus est, non testat;

- testamentarius . T. 3. c. 171. A.
 Tutor exsequitur ea, quæ sunt consilii, animi, & juris; Curator, quæ facti . T. 1. c. 1317. D.
 Tutor non excusatur a tutela sine decreti venia . T. 1. c. 1036. C.
 Tutor ex auctione pupilli emere potest . T. 2. c. 653. A.
 Dies, quibus tutor sciverit, pupillo cedere constat . T. 3. c. 395. C.
 Quod scit tutor, pupillus intelligitur scire . T. 3. c. 395. A.
 Tutor an pupillum adrogare possit . T. 3. c. 53. A. B.
 Tutor pupillam suam intra annum 25. uxorem ducere non potest, nec ejus filius . T. 1. c. 547. D.
 Tutor si plus petierit, causâ cadit . T. 3. c. 183. E.
 Tutor singulis annis duos habeat menses immunes a præstandis usuris pupillaribus . T. 1. c. 531. D.
 Tutor fiduciarius . T. 1. c. 317. E.
 Tutor prætorianus . T. 1. c. 319. B.
 Tutor cæcicus quis . T. 1. c. 318. A.
 Tutor neque ex 12. tabulis postulatur, neque removetur quasi suspectus propter paupertatem solam . T. 3. c. 539. E.
 Tutor, qui nihil gessit, etiam arbitrio tutelæ tenetur . T. 2. c. 353. E.
 Fœmina tutor, aut curator dari non potest . T. 2. c. 349. C.
 Tutor damni periculum agnoscit . T. 2. c. 351. E.
 An tutor servum pupilli manumittere possit . T. 3. c. 416. E.
 Tutor satisfacere debet . T. 2. c. 354. B. C.
 Tutor primo anno intra sex menses pecunias collocare debet . T. 3. c. 122. A.
 Tutor olim fœminis etiam puberibus dabatur . T. 3. c. 172. C.
 Tutor in usuras quando convenitur, & quando non . T. 1. c. 392. D. E.
 Tutor ab administratione suscepta intra sex menses pecunias pupillares occupat . T. 1. c. 536. C.
 Tutor legitimus tutelâ legitimâ cedere potest, abdicare se non potest . T. 4. c. 831. B.
 Tutor non datur ventri, sed curator, & cur . T. 4. c. 545. A.
 Tutor an protinus a creatione appellare possit, antequam se excusaverit . T. 4. c. 1014. E. Accursius vult, a sola creatione non appellari contra manifestam scientiam . Ibid. E.
 An tutor conveniri possit ex causa alterius provincie . T. 4. c. 79. E.
 Tutor dativus unde dicitur . T. 4. c. 304. D.
 Tutor honorarius quis est . Tom. 4. c. 1001. B.
 Tutor suspectus quis dicitur . T. 4. c. 1385. B.
 Tutor esse non definit datus in exilium temporale . T. 4. c. 1029. B.
 Tutor liberare potest debitorem pupilli . T. 4. c. 879. D.
 Tutor testamentarius tutelâ se abdicare potest, cedere in jure non potest . T. 4. c. 831. B.
 Tutor justus non est servus . T. 4. c. 1004. E.
 Tutor legitimus liberti impuberis est patronus . T. 4. c. 307. A.
 Tutor, officio tutelæ finito, nullam actionem pupilli nomine inferre potest sine mandato . T. 4. c. 1019. B.
 Tutor novus nomina suscipere a priore tutore cogitur, sed non cogitur probare . T. 4. c. 51. C.
 Tutor quomodo tenetur pupillo, & quomodo creditoribus . T. 4. c. 644. D.
 Tutor non jure datus indiget confirmatione . T. 4. c. 1004. E. idem est in servo sine libertate tutore dato . Ibid. c. 1005. A.
 Tutor si pro contutore solverit, an pupillus ei debeat cedere actionem suam adversus contutorem . T. 4. c. 321. A.
 Tutor datus quando, & quomodo confirmatur . T. 4. c. 302. E. & c. 303. A. & seq.
 Tutor, vel curator quando conveniri potest post depositum officium . T. 4. c. 1023. E. & c. 1024. A. & seq.
 Tutor tempore tutelæ condemnatus an teneatur actione judicati nomine pupilli . T. 4. c. 1025. A. quæ distinctio in tutore hic notanda . Ibid. A. hæc distinctio quoque in curatore servatur . Ibid. C.
 Tutor jure datur testamento ab eo, qui pupillum habet in potestate, non item curator . T. 4. c. 303. A.
 Tutor est loco domini, hoc est, loco pupilli habetur . T. 4. c. 544. C.
 Tutor pupilli auctori, sive Syndico reipublicæ comparatur, sic reipublica pupillo . Tom. 4. c. 399. D.
 Tutor testamento datus ad ordinandam litem inofficiosi testamenti a Præatore confirmatur . T. 4. c. 1002. B.
 Tutor ibi conveniri oportet iudicio tutelæ, ubi tutelam gessit . T. 4. c. 923. D.
 Tutor dativus confirmatur, non testamentarius, nec enim testamento jure datus est . Tom. 4. c. 1109. D.
 Tutor est vel testamentarius, vel legitimus, vel dativus . Tom. 4. c. 1007. A.
 Tutor illicitè vendit prædium pupillare sine decreto Prætoris, vel Præsidis . T. 4. c. 1032. B. C.
 Tutor neque virgini, neque mulieri ante constitutum tempus petendæ restitutionis in integrum conjungi potest . T. 4. c. 978. E. quodnam est illis tempus constitutum . Ibid. D. tutor non debet fieri auctor in rem suam . Ibid. c. 985. A.
 Tutor non convenitur pro contutore, eo inexcusso, qui rem pupilli gessit, & perdidit, & quando conveniendus . Tom. 4. c. 868. B.
 Tutor procuratorem litis facere non potest ante litem contestatam, & cur . T. 4. c. 879. B.
 Tutor quando directâ tenetur, & quando utili actione . T. 4. c. 1013. D. & seq.
 Tutor rem pupilli alienare potest, & quando . T. 4. c. 879. D. secus negotiorum gestor . Ibid. D.
 Tutor cur ex auctione rem pupilli emere possit, ratio redditur . T. 5. c. 741. E. & c. 742. A.
 Tutor an dotem, quam sorori uterine pupilli ex bonis ejus dedit, pupillo in administratione reputare possit . T. 5. c. 582. A. B.
